



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 21. Sex Cardinales in carcerem mittuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

commoto subito tumultu correptum Pa-
 pam ex arce in subjectum S. Francisci
 templum per vim deducunt. Ibi certas
 quæstiones proferent, ad quas ut respon-
 sa reddat, instabunt: & quidquid repo-
 fuerit, aut si responderit nihil, produ-
 cti testes falsi objecta omnia confirma-
 bunt. Tum Cardinales conjurati damna-
 tum hæresis Papam pronunciata totius
 nomine Collegii sententia statim suppli-
 cio ignis afficient. Habent pro certo
 Cardinales reliquos facinoris expertes id
 probaturos esse metu Regis Caroli, vel
 ob spem vivendi liberius; cunctosque si-
 mul facturos alium Papam jam decretum.

§. XXI.

*Sex Cardinales in carcerem mit-
 tuntur.*

Exequendo huic proposito conjurati de-
 stinaverant Idus Januarias anni 1385.
 At undecima mensis Urbanus accito ne-
 poti suo Francisco Prignano clam indi-
 catis illorum consiliis ajebat fore, ut sena-
 tum bidui spatii prius, scilicet ea ipsa die
 haberet: mature proinde suorum nume-
 ro viros probe armatos ipsi subministra-
 ret. Postquam venerant Cardinales, di-
 missis reliquis vocatos in suum conclave
 reos de conspiratione interrogabat: sed
 inficias ibant cuncti. Igitur eos suo ne-
 poti

Vita to. 6

p. 1332.

Bb 5

poti

Sæcul. XIV.
A. C. 1385.

poti tradidit: a quo tormentis funium pro more Italiæ subjecti suum fatebantur crimen. Cardinalis Anglus Adam Estonius dicebat se novisse quidem cæterorum consilium, sed in hoc non consensisse. At quia id non detexerat, cum illis in carcerem mittebatur ut fautor conspirationis.

Papa hos sex Cardinales purpura, cæterisque honoribus, ac beneficiis privavit: cuncta eorum bona fisco addidit: in diversoriis eorundem inventa omnia in arcem portari voluit. Cuncti autem fuerant præstantes Viri: & primus quidem erat Joannes Corcyræus Archiepiscopus, Cardinalis Presbyter de S. Sabina ipso ab Urbano renunciatus mense Septembri anno 1378. Secundus, Adam Estonius Episcopus Londinensis, Cardinalis Presbyter de S. Cæcilia. Tertius, Ludovicus Donatus Nobilis Venetus ex Ordine Minorum, & hujus Minister Generalis anno 1379 electus in locum Leonardi Geophanii partes Clementinas amplexi; ab Urbano VI dictus Cardinalis Presbyter de S. Marco. Quartus, Bartholomæus Coturnus eodem ex Ordine Genuensis Archiepiscopus, Cardinalis Presbyter de S. Laurentino in Damaso. Quintus, Marinus, seu Martinus Judicius Archiepiscopus Tarentinus, Cardinalis Presbyter de S. Potentiana. Sextus, Gentilius Sangrus ex nobili

Sup. l. 97.

§. 55.

Vitæ to. I.

p. 1243.

to. 2. p. 983.

Vading.

1378. 1379.

Vading.

1378.

nobili in Aprutio familia Cardinalis Dia- Sæcul. XIV.
 conus de S. Adriano. En sex Cardina- A. C. 1285.
 les jussu Urbani VI. vinculis mandatos!

Sub idem tempus statuerat Cardina-
 les creare novos: ac 7. Jan. sermonem
 in senatu habens illos, quos secum de-
 creverat, nominabat & inter alios qui-
 dem, tres Archiepiscopos Moguntiaë, Tre-
 virorum, & Coloniaë, Arnaldum Leodii,
 Wenceslaum Vratislaviaë Episcopos, at-
 que Petrum Rosenbergium Sacerdotem,
 Nobilem Bohemum. At hi sex post lon-
 gam deliberationem id honoris recusa-
 runt: etsi Papa quinque Præsulibus con-
 cesserat ultro, ut suam quisque Ecclesiam
 in rebus sacris profanisque, administran-
 dam per omnem vitam servarent.

§. XXII.

*Urbanus piorum cætu movet Neapo-
 lis Regem &c.*

Die Dominica 15. Jan. Papa Curiaë suæ
 Clero toto, ac Nuceriaë, pagorum-
 que vicinorum incolis in arcem congre- Valsing.
 gatis occludi portas, nequis exiret, jus- p. 313.
 sit. Tum conscensa e turri altissima cœ-
 pit verba facere ad populum magno in
 frigore sedentem humi. Dicebat diutif-
 sime, ac illud inter alia, Cardinales ca-
 ptivos conspirasse in suam vitam, idque
 se